

01

29

S. Hünster

Canonas

Supernovum

Instrumentum

1534

Ol29




St. 4234

E 45775

# CANONES SVPER

NOVVM INSTRVMENTV M LVMINARIVM, DO-  
centes quo pacto per illud inueniantur Solis & Lunæ medij  
& ueri motus, lunaciones, coniunctiones, oppositiones, caput  
draconis, eclipses, horæ inæquales, & nocturnæ æquales,  
ortus solis & occasus, ascendens cœli, interuallum, au-  
reus numerus, &c. Per Sebast. Munsterum.

MUNICIPALE  
BIBLIOTHEK  
BERLIN



SEBASTIANVS MVNSTERVS LEC  
CTORI S. D.

**N**on ignoro optime lector, quod uaria passim inuenimus  
luminarii instrumenta, à maioribus nostris nobis relictæ,  
ex quibus uel solis, uel lunæ, uel utriusq; simul elicuntur mo-  
tus. Nam sunt, quæ lunæ revolutiones per sinuata experi-  
munt zodiaci signa: alia, lunationis dies una cum lunæ au-  
gmento & decremento commonstrant. Sunt rursus quædam, quæ con-  
junctionum, oppositionum, & quartarum utcunq; patefaciunt aspectus. Fu-  
erunt deniq; qui hos motus quam breuisimè in calendarijs signarūt, calci-  
latis scilicet ad certos annos ueris coniunctionibus, oppositionibus & ecli-  
psibus. Et hæc quidem omnia tali tradiderunt inuolucro, ut qui mathemati-  
carū rerum est imperitus, nihil hinc reportet lucri. Ego uero rem ipsam acu-  
tangere cupiens, ita conabor te practicam & calculum docere prædictor-  
um motuum, ut interim theoreticam quoq; tibi pro uiribus obrudam: quo  
cernas, cur is uel ille motus interdum opus habeat una uel duplice & quoq;  
aliando nulla: item cur in una eademq; latitudine lunæ, aliando ecclæ  
psis contingat, & aliquando non. Cæterum extendimus hoc instrumen-  
tum ad annum usq; Christi incipientem, quingentesimum octogesim  
um super millesimum. Qui tunc uiuet, facile auctis radici-  
bus in longiores protrahet annos. Bene uale. Basile  
læ, mense Februario, Anno redemptionis

M. D. XXXIIII.

DOMINI IESU CHRISTI  
UNCIA MONISTER  
LUBI

P 502 | 57 | 2

# CANONES PRO

INSTRVMENTO MOTVVM LVMINARIVM

intelligendo, à Sebastiano Munstero æditi.



c i o illis, qui in mathematicis rebus progressum aliquem fecerūt, nulla opus fore institutione, quomodo intelligent et utantur hoc nostro instrumēto, quod de motibus solis & lunæ confecimus: at in exercitatis lampada tradere in manus, & ratio & charitas suadet: præsertim illis, qui in capessendis disciplinis tardiori sunt ingenio, & uiuo præceptore alia quo ad uotum potiri nequeunt. Et ne obscurus sim in re clara, priusquam te doceā, lector, huius instrumēti usum, explicabo singulorum círculorum, partium, imaginum, li nearum, figurarum, numerorum, atque id genus aliarum rerum officia, ne quorundam uocabulorum tibi imponat ignorantia.

Quid ex Arithmetica hic desideretur.

**Q**uantum attinet ad Arithmeticā, tu satis instructus huc accedes, si expedite possis numerum addere, & subtrahere a numero. Nā perpetuo in hoc instrumēto ad= dimus dies, horas & minuta, diebus, horis & minutis: aut signa, gradus & minuta, signis, gradibus & minutis: aut subtrahimus eadē ab ijsdem. Igitur operæprecium est, ut hic scias diem frangi in 24. horas, & hora in 60. minuta, & rursum ex 60. minutis fieri horam, & ex 24. horis diē. Sic in circuli diuisione, 12. e quales partes, quas duodecim signa uocant, faciunt circulum, seu circulus complectitur 12. signa: signum uero diuiditur in 30. gradus, & unus gra

dus in 60. minuta. Hinc tu facile aduertere poteris, si in additione duorum numerorū collegaris 80. minuta, solum 20. minuta tibi relinquī, alia uero 60. constituere in alio ordine unum gradum, uel unam horam. Sic si collegaris 30. horas, remanebunt duntaxat 6. horæ, alijs 24. in diē commutatis. En proponam tibi succinctum exemplum: Addam dies 9. horas 14. minuta 23. diebus 6. horis 12. minutis 42. & colligo dies 15. horas 26. minuta 65. Et quoniā horæ excedunt unum diem, & minuta unam horam, redigo ea sic in iustum computum: dies 16. horæ 3. minuta 5. Idē sentias de signis, gradibus & minutis, nisi qđ ex 30. gradibus facis unum signum: ut si addidero simul hos duos numeros, signa 3. gradus 17. minuta 30, & signa 5. gradus 20. minuta 46. inuenio summam eorum signa 9. gradus 8. minuta 16. Proinde in subtractione non secus ages: ut si ab hoc numero, dies 33. horæ 15. minuta 34. ubi subtrahenda fuerit una integra lunatio, nempe dies 29. horæ 12. minuta 44. remanebunt dies 4. horæ 2. minuta 50. Sed de his latus: infra practica ipsa expeditiore te redet. Nunc de partibus instrumenti.

*Quid contineat sphæra superior in angulo sinistro collocata.*

**I**Nscripsimus sphæræ superiori in sinistro angulo radices lunares, ut titulus eius admonet, ab anno Christi 1530. initium sumentes, & ad annum usque 1579. extenedentes. Continet autem hæc sphæra triplices radices. Prima est lunationum in diebus, horis & minutis. Secunda medi⁹ motus lunæ in signis, gradibus & minutis. Tertia argumenti, hoc est, motus epicycli in signis & gradibus. Porro intra omnes circulos, ubi ob oculos posui, quantū temporis defluat ab una coniunctione ad aliam, & item à coniunctione ad primam quartam, ad oppositionem, & ad ultimam.

ad ultimam quartam; id quod te figuræ lunæ cum adscriptis numeris docebunt.

*Sphæra superior dextra quid complectatur.*

**S**ignauimus primo in hac sphæra radices capitis draconis lunæ per signa gradus & minuta; deinde aureo numerum cum interuallo hebdomadarum & dierum, quod est inter natalem Christi & carnis priuium, siue Esto mihi. Habes quoque ibidem literam dominicalem, & annus bissexturn, idque ab anno Christi 1530. usque ad 1579. Ultimo describitur motus continuus capitis draconis in diebus & mensibus per annum, subtrahendus scilicet à radiis anni, ut infra suo loco dicemus.

*Cui usui inseruant duas sphæræ inferiores.*

**E**A sphæra quæ infra sinistrum possidet angulum, duplex complectitur horologium, lunare scilicet & solare. Ex altera uero, quæ dextrum occupat angulum, discet quomodo inuenias quotidie medium cursum lunæ, & item quod signum zodiaci omni hora in oriente ascendat. Porro tabella inter has duas collocata spheras, indicat cui planetæ quævis hora, diurna & nocturna accomodet.

*De sphæris draconis.*

**E**X sphæra, quam uentri draconis uides inscriptā, ueniamur latitudinem lunæ, & utrum sit septentrionalis ascendens uel descendens: Item quando possibilis sit eclipsis in capite aut cauda draconis: id quod non tam in hac media sphærula, quam in duobus extremis & umbrosis circulis, qui capitii & caudæ draconis sunt inscripti, aduertere licebit, ut infra differemus.

*Quibus usibus inseruant multiplices illi circuli & numeri  
sphærae maiori inscripti.*

**D**ividimus maiorem sphæram huius instrumenti in Octo partes, quas diligenter obseruabis. Nam prima & extrema pars continet tres circulos lunationi inseruientes, quorum primus, id est, extremus; complectitur dies, sequens horas, & tertius minuta. Deinde sequuntur duo alij circuli cum numeris, qui motui epicycli lunæ inseruiunt. Primus habet signa, secundus gradus. Tertio sequitur Calendarium cum nominibus mensium &, numeris atque literis dierum. Huic quarto loco succedit zodiacus cum duodecim signis & gradibus signorum. Quintum locum tenet circulus lunarium figurarū, cinctus lymbo quodam, qui etatem lunæ in diebus & horis commonitat. Sextum locum obtinet epicyclus lunæ, hoc est, lymbus constans duodecim signis, & signorum divisionibus, cui æquator lunæ quoq; adiunctus est, in tres diuisus circulos: extremus seruit lunæ, quando circa unam quartum uersatur: intimus uero, quando est uel prope coniunctionem, uel circa oppositionem: & medius, qui inter una quartarum & coniunctionem uel oppositionem uagatur: id quod ex adiunctis lunaribus figuris facile aduertere licet. Lineæ uero descendentes continent horas equationū, addendas uel minuendas à media lunatione. Aequator lunæ succedit septimo loco æquator solis, duo uidelicet circuli: quorum exterior horas, interior uero horarum diuisiōnem habet. Dividitur autem una hora in quatuor quartas, hoc est, quindecim minuta quater accepta. Ultimum describitur horologium horarum inæqualium, ex quo euā ortum & occasum solis, quantitates dierum & noctium per totius anni circulum discere licet, adiumento filii & marginatæ eidem appensæ. Figes autem filum illud in centro omnium

omnium memoratorum circulorum, sicut & duo alia fila  
innectenda sunt centris duarum inferiorum angularium  
sphaerarum: & item unum in speculam draconis uentri in=  
scriptam. Hactenus de partibus huius instrumenti, nunc  
usum te docebimus.

*Quomodo locus solis in zodiaco sit inuestigandus.*

**V**T quotidie habeas gradum solis in zodiaco, nullo  
alio opus est labore, quam ut filum ex centro instru  
menti ad diem tuum extendas, & uideas quod zodiaci si  
gnum, & quem gradum abscindat. Exemplum: Cupis sci  
re in die Iohannis baptistæ quem zodiaci locum sibi uin  
dicer sol: si egeris iuxta memoratam regulam, inuenies eū  
in 12. gradu cancri. Exactam ramen inquisitionē hic non  
facimus, paruiduentes errorem dimidiū gradus, qui in  
terdum accidere potest.

*Ortus et occasus solis quomodo inueniendī.*

**O**Rtum & occasum solis tibi suppeditabit horologij  
horarum inæqualium, quod scilicet intimum instru  
menti occupat locum. In hoc uides descriptum zodiacum  
cum 12. signis: & signum quodque distinctum in tres par  
tes: quarum singulæ decem continent gradus. Characte  
res signorum disces ex maiori zodiaco, si illorum cogni  
tio te fugerit. Deinde supra istum paruum zodiacum ui  
des semicirculum, ductum ab hora octaua sinistri lateris  
ad horam quartam dextri lateris, qui horizontis uicem ge  
nit, & incipit ab eo prima diei inæqualis hora, desinitq; in  
eundem ab occidente 12. inæqualis hora. Horas æqua  
les continet circulus ille, qui contiguus est æquatori solis:  
inæqualium uero horarum numeri infra æquales descri  
buntur horas: duodecim diurnæ superne, nocturnæ uero  
inferne. Ortum igit solis sic inuenies: Vide in quo signo

& gradu sit sol, & eundem gradum quære in zodiaco huius horologij, in semicirculo scilicet superiori, qui eclipticæ supplet officium: & extenso super illum gradum filo, promotaq; illuc margarita, transfer filum ad latus sinistrū, donec margarita ipsa cadat in linea horizontalē, & indica bit in limbo horarū æqualitā ortum solis. Et si idem filum in latus dextrum extenderis, & horizonti unionem adaptaveris, videbis facile quam horā occupet occasus. Exemplum: Vis scire in die Mariæ Magdalenæ qua hora sol in nostrum ascendat horizontem: primum facile scies, illo die solem nonum occupare leonis gradum: ad hunc igitur promove margaritam cum filo, & tum demum eam margaritā constitue super lineam horizontalē, & videbis solem exoriri media hora, atq; quatuor aut quinq; minutis, hoc est 34. minutis post quartam horam. Et si ad latutus occidentale filum illud duxeris, ostendet tibi solem cumbere ferè media hora post septimam. Hic notabis, instrumentum istud fabrefactum ad eleuationem poli aquilonaris 49. graduum.

*Quantitas diei et noctis quomodo per annum inuestiganda.*

**V**ide primum iuxta præcedentem canonem, qua hora sol exoriatur, & minue tempus illud à 12. horis, & tunc relictum ostendet quantitatem mediæ diei: quam si duplaueris, inuenies quantitatem totius diei. Et si rursus abstuleris longitudinem dici à 24. horis, relinquetur tibi quantitas noctis. Ut in priori exemplo, subtrahe horas 4. minuta 34. à 12. horis: & relinquetur 7. horæ, atq; 26. minuta, quantitas scilicet mediæ diei: quæ duplicata ostendet quantitatem totius diei, nempe horas 14. minuta 52. Quæ si à 24. horis demantur, reliqua manebit quantitas noctis, uidelicet horæ 9. minuta 8. Hic tuipse aduentere poteris,

poteris, diem secundum astronomos incipere eo momen-  
to, quo sol in hemisphærium nostrum prodit; crepusculū  
vero & diluculum nocti connumerantur.

*Horæ inæquales diurnæ et nocturnæ quomodo inueniendæ.*

**P**er horam inæqualem intellige duodecimam diei par-  
tē: siue dies sit longus, ut in æstate: siue brevis, ut tem-  
pore hyemali. Per horas uero æquales, intellige horas usu-  
ales. Horæ inæquales diurnæ incipiunt ab ortu solis, des-  
nuntq; in occasum eiusdem: unde fit ut sexta hora inæqua-  
lis semper cadat & desinat in meridiem. Tempore uero u-  
triusq; æquinoctij, hoc est, cum dies noctibus æquantur,  
ut fit circa diem Gregorij, & circa diem exaltationis san-  
ctæ crucis, horæ æquales & inæquales fiunt pariter æqua-  
les: sed media æstate & hyeme maxime sunt inæquales.  
Prima noctis inæqualis hora incipit cum sol occiduum pe-  
tit hemisphærium: duodecima uero finitur in ortu solis. Ca-  
non: Cū igitur qualibet hora æquali cupis scire horā inæ-  
qualem, ages hoc pacto. Adapta margaritam fili gradui  
solis, & postea extende filum ipsum ad quam uolueris ho-  
ram æqualem, & ostendet margarita horam inæqualem  
respondentem horæ tuæ æquali: ut in die Ioannis baptistæ  
horæ sextæ æquali antemeridianæ respondet hora secun-  
da inæqualis, nō tamen cōpleta. Sic cum fuerit hora tertia  
æqualis postmeridiana, erit hora nona inæqualis, tametsi  
incōpleta. Nō secus inuestigabis horas noctis inæquales.

Canon:

*Cui planetæ quælibet signetur hora.*

**I**Vxta ueterum opinionem, quælibet hora inæqualis  
ascribitur certo cuidam planetæ, nedum diurnæ, uerum  
& nocturnæ: & hinc fit ut singulæ hebdomadæ dies ab il-  
lo denominentur planetæ, qui primæ horæ dominus est;

ut prima diei dominicæ hora est Solis, ideo dies solis uocatur dies ille. Secunda uero hora assignatur mox sequent planetæ, scilicet Veneri, tertia Mercurio, quarta Lunæ, quinta Saturno: & sic deinceps hoc seruato ordine, omnes diei pariterq; noctis horas distribues planetis, & uidebis primâ secundâ feriæ horam Lunæ obtingere, quare & dies Lunæ uocatur illa dies. Secunda uero cedet Saturno &c, euolutisq; in hunc modum 24. horis, prima hora tertiaræ ferie Martii accedit, unde dies ille denominationem

**Canon.** accepit. **Canon:** Cum itaq; scire uolueris certa aliqua die quis planetarum huius uel istius horæ dominus sit, aduerte primum quotus hebdomadæ is sit dies, & quota hora inæqualis, noctis uel diei, ea sit, cuius planetam querere cupis. Deinde cum die illa & hora intra tabellam, quā inter inferiores angulares sphæras positā cernis, diem quaerendo in sinistra parte, si diei horam inuestigas, & horam in superiori transuersa linea, & planeta cuius signum in communi angulo occurrerit, is dominus est horæ tuæ. Si autem hora noctis scrutari uolueris, quæres noctem hebdomadæ in dextro latere, ut titulus admonet. Porro prima hebdomadæ nox est, quæ dominicum transactū diem mox consequitur. Exemplum: Volo scire quis planetarū dominetur die Iouis hora 12. æquali: et uideo horam sextam inæqualem terminari ad horam 12. æqualem: quæro igitur diem quintum in linea descendenti, horam autem sextam supra in linea transuersali: & inuenio in communi angulo signum seu characterem lunæ, cuius illa hora est dominium. Sic si uolueris scire cui planetæ assignanda sit quinta hora inæqualis noctis dominicæ, inuenio signum Mercurij. Sed de hoc satis.

Autem

Aureus numerus, interuallum, & litera dominica-  
lis quomodo inuenienda.

**Q**uare in sphæra superiori dextra, annū Christi pro-  
positum, & sub eo mox apparebit tibi illius anni au-  
reus numerus, deinde interuallum in hebdomadib⁹ &  
diebus, tertio litera dominicalis: ut anno Christi 1531. est  
aureus numerus 12, interuallum, hebdomadæ 8. dies nul-  
la: litera dominicalis a. Et est annus communis. Sin annus  
quispiam duas habuerit literas dominicales, ut est annus  
Christi 1532. hunc bissexturn iudicabis.

Ascendens cœli quomodo quærendus.


**D**eseruit huic negotio sphæra inferior ad dextrā de-  
picta, quanquam & alij sit officio deputata. Nam  
medium lunæ locum quotidie commonstrat, ut infrā ex-  
plicabimus. Porro ascendentem cœli uocant illud signū,  
& eum zodiaci gradū, qui certa hora aut momento in hæ-  
misphæriū nostrum ascendit: illiq⁹ in hoc angulo astrolo-  
gi tribuunt longe efficacitatem influentiam, quām si alium  
quempiam possideat angulum & locum. Notabis igitur  
quod huic rei inseruiunt duo zodiaci, unus immobilis æ-  
qualiumq⁹ diuisionum, aliis uero mobilis & inæqualium  
diuisionum. Canon: Quando certa hora ascendentem cœ-  
li habere cupis, quære primo locum solis in exteriori & im-  
mobili zodiaco, illucq⁹ traduc filum ex centro illius sphæ-  
ræ. Deinde reuolue rotulam mobilem, donec principium  
arietis illius mobilis zodiaci, cadat sub filo prius ad gradū  
solis extenso: & mox uidebis in illo mobili zodiaco, qui  
gradus singulis horis illius diei in oriente ascendat. Exem-  
plum: Si iuxtam præscriptam regulam egeris, inuenies in  
die Thomæ apostoli hora decima gradum 22. Aquarij a-  
scendentem: & hora prima 17. gradum Tauri, & hora  
12. mediæ noctis 8. gradum Libræ.

canon.

## De motu lunari.

**P**riusquam te hic doceam practicam & calculū lunaris motus, non abs re uisum fuit præmittere quædam quæ theoreticam ipsam tibi aperiant: ut oculis ipsis cernas, cur medius motus lunæ nō continuò sit uerus motus, aut media luminarium coniunctio non semper sit uera cōiunctio. Arrige itaq; aures tuas & oculos, & intuere figuram, quam huc depinxi. Ea enim orbium lunarium tibi exhibet typum. Nam constat lunare cœlum (præter orbem deferentem caput & caudam draconis) triplici orbe, uidelicet duobus deferentibus augem, quos in figura nigros fecimus, & uno eccentrico deferente epicyclum, quem albū reliquimus. Hic albus orbis continuò & perpetuò mouetur uersus orientē, rapitq; secum epicyclum sibi infixum, quemadmodum & epicyclus corpus lunare secū desert. Cæterum orbes nigri augem deferentes, perpetuò simul mouentur uersus occidentem: & nihil aliud agit suo motu, quam quod eccentricū lunæ, ipsis inclusum, sustollunt & demittunt suo arbitrio à terra: illeq; punctus in eccentrico maxime à terra eleuatus, aux uocatur. Opposita autem pars, terræ quam potest appropinquās, oppositum augis uocatur. Omnes autem coniunctiones & oppositiones luninariū fiunt in auge eccentrici, sed quadrature fiunt in opposito augis: unde rariores fiunt eclipses lunares in auge ubi umbra terre est contractior, quam si oppositiones contingerent in opposito augis, ubi umbra multò densior & latior inuenitur. Notabis præterea & lunæ epicyclum, suum priuatum peragere motum, ab oriente scilicet in occidentem, id quod tibi ostendit epicyclus in dextra cum 12. signis descriptus: sitq; hoc motu, ut corpus lunæ aliquando supremam epicycli teneat partē, & tunc dicitur esse in auge epicycli; aliquando uero in infima inuenientur, & tunc opposit;

Aduerte illud.



oppositam augis epicycli partem occupat. Aliquando vero tenet dextrum, aliquando sinistrum latus epicycli, & tunc dicitur esse in longitudine epicycli media. Hinc igitur duplex lunæ nascitur motus, medius & uerus. Medius est

regularis & semper certus, computatur q̄ ad centrum usq; epicycli, quem linea a.c. indicat. Est autem punctus a, centrum mundi; b. uero centrum eccentrici. Itaq; centrum epicycli quolibet die mouetur uersus orientem 13. gradibus & 10. minutis: unde sit ut in 27. diebus fere totum peragret zodiacum. Facile igitur is motus inueniri potest, sicut & media coniunctio atq; oppositio. Sed ut uerus Lunæ locus, aut uera coiunctio & oppositio habeat, ratio epicycli est potissimum habēda. Prima, nū epicyclus sit in auge sui eccentrici, aut in opposito eiusdem, aut in longitudine media. Deinde, an corpus lunæ possideat augem epicycli, aut oppositum eius, aut longitudinē medium. Nam cum luna sit in auge epicycli aut opposito eius, non differt uerus lunæ motus à medio, cum eadem linea utrinq; demonstret. Linea enim à centro mundi per corpus lunare traiecta, ostendit in signifero uerum locum lunæ. Sed quando corpus lunæ medium epicycli occupat longitudinem, linea mediū motus, & linea ueri motus quām maxime possunt abinuicē distant; id quod probant lineæ c.d. & c.e. Tunc ergo oportet totam illam intercedinē, quæ est à linea c, ad e, uel à linea c, ad d, addere uel minuere à medio motu lunæ, ut uerum habeas. Hanc intercedinē uocant Astronomi æquationem argumenti. Et nota, quòd ista æquatio longè maior est, dum epicyclus circa oppositum augis eccentrici inuentus fuerit, quām cum augem eccentrici tenuerit; id quod tibi ad oculum in figura apparet, cum distantia linearum h.f. longe maior sit, quām distantia c.d.; & tamen epicyclus utrinq; æqualis magnitudinis in se sit: at diuersitas illa solū accidit ex approximatione uel remotione epicycli à terra. Si id bene aduerteris, non miraberis infra, cur æquationes quædam maiores sint alijs. Hæc de theorica lunæ breviter dicta sufficient.

Medius motus lunæ quomodo inueniendus.

**A**ccipe ex rotula radicum lunarium, radicem mediū motus lunæ in signis, gradibus & minutis, & quære eam in zodiaco exteriori inferioris rotulæ seu sphæræ ext̄ræ. Incipies autem numerare à principio arietis, quod semper primum est signum: & ubi terminatur radix tua, illuc uolue mobilem rotulam, donec denticulus eius attinat finem radicis tuæ. Deinde uide in quo mense sit dies tua, in qua locū lunæ scire desideras: & per illum trahe filum, atq; sic immobiliter tene, donec sub ipsum reuolueris rotulæ denticulum: & tunc facile cernes quod signum, & quem gradum sibi uendicent singuli dies totius illius mensis, nempe si filum traxeris per dies ad exteriorem & immobilem zodiacum. Habes autem menses cum linea lis suis in rotula mobili, & sub mensibus dies ab uno usq; 31. extensos. Hic quoq; diligenter aduertes, quod Astrenom diem incipiunt ab hesterno meridie, & terminant in hodiernum meridiem, & crastinum diem inchoant ab hōdierno meridie. Vnde si quarta die alicuius mensis ad meridiem habere uolueris medium locum lunæ, trahes filum per finem quartæ diei. Si aliquot horis post meridiem quæras motum lunæ, numerabis eas in quinta die, quæ scilicet ab illo meridie incipit. Exemplū: Anno Christi 1530. in die Martini episcopi, in meridie uolo querere medium cursum lunæ: & inuenio radicem mediū motus in illo anno, signa 10. gradus 3. minuta. 50. quæ numerata in zodiaco nostræ sphæræ, desinunt in quartū gradum Aquarij. Adhibito igitur illuc denticulo uolubilis rotulæ, trahō filum per lineolam nouembris, in quem dies diui Martini cadit: atq; sic immotum in eo loco tenco filum, donec rursum denticulu rotulæ sub ipsum reduxero: quo facto, stabit rotula pro toto illo mense nouembri, & licebit mox

uidere quis gradus signiferi respondeat cui libet istius mensis diei secundum medium cursum. Et quoniam festum diei Martini cadit in undecimum diem nouembris, traho filum per finem 11. diei (nam terminat undecimus dies secundum Astronomorum morem in meridie) & inuenio medium locum lunæ in 15. gradu leonis. Poteris etiam rotam illam mobilem cum cera affigere, & tunc citra aliquem laborem, per totum illum mensem singulis diebus apparet tibi medius lunæ motus ad filii extensionem. Et transcaso illo mense, aduerte ubi desinat ultimus eius dies: & illuc reuoluto denticulo, rotulaq; cum cera affixa, habebis iterum pro singulis diebus sequentis mensis medium lunæ motum. Item si in die Martini sex horis ante meridiem habere uolueris medium lunæ motum, trahes filum ad si gniferum non per finem undecimæ diei nouembris, sed sex horis ante finem eius. Est autem qualibet dies diuisa in octo partes, quarum quævis tres horas facit. Illud quoque hic aduertas, quod in anno bissexto post festum Mathiæ, per totum illum annum, crastina dies capienda est pro hodierna: ut pro die Martini quæ undecima est, accipies duodecimam. Sic si coiunctio aliqua aut oppositio in crastinū euenerit diem, hodierno ascribenda est diei; id quod facit dies illa circa festum Mathiæ intrusa.

Verus lunæ locus quo ingenio scrutandus.

**O** Stendimus iam, qua industria uenari debeas medium lunæ cursum, qui semper est certus & regularis: uterus autem motus non ita, cum ob motum epicycli medio motui sint interdum aliqui gradus addendi, nonnunquam auferendi. Proinde æquationem illam sic inuenies: Princípio necesse est, ut scias quem locum luna in epicyclo teneat, sive supra aut infra, in dextra aut sinistra epicycli parte.  
Et hic

Et hic notabis, quod Astronomi extra epicyclum mobilem fingunt circulum quendam immobilem in 12. diuisum signa, cuius diuisionis initium statutum iuxta epicycli auge: & in illo numerat motum lunae, quem habet ab epicyclo. Supra in figura lunarium orbium, huius rei specimen ubi ob oculos posui. Mouetur quidem aux illa immobilis, ut ita dicam, iuxta punctum centro eccentrici oppositum: sed cum motus is exiguum sit, negligendum hic duximus: cum absolutissima in parvis instrumentis dari non possint. Canon. Canon.

Argumentum igitur lunae, siue motum epicycli, sic inuenies. Accipe radicem argumenti in signis & gradibus ex Sphaera radicum lunarium, & scribe eam in tabulam aliam quam: deinde quare diem tuum in Calendario, in quo locum lunae scire desideras, & signa atque gradus iuxta eum reperta scribe sub radicem, addesque signa signis & gradus gradibus: & ubi numerus graduum 30. excesserit, addes pro 30. gradibus unitatem numero signorum. Sic si in signis ultra 12. habueris, abhincies 12. & residuum erit argumentum, indicans scilicet quem locum corpus lunae in epicyclo possideat. Hoc argumentum quare in epicyclo, qui circulo lunari figuraru mox subiungitur: & ad terminum eius traductum filum ostendet in æquatore lunae (iuxta medium scilicet æquatoris circulum) quot gradus sint uel addendi uel minuendi a medio motu supra inuento. Notarum quod numeri, qui lineis æquatoris adscribuntur, sunt horæ addendæ uel minuendæ a medijs coniunctionibus & oppositionibus: quæ etiam tibi in æquando medio motu lunæ seruient, si ex duabus horis unum gradum feceris, ex quatuor duos, ex sex tres. Nam centrum epicycli, iuxta cursum eccentrici mouetur in duabus horis uno gradu. Poteris etiam minio, aut alio quodam colore diuersio a nigro, ut inque gradus lineis adscribere, scilicet ad 2. unū,

ad quatuor duo, ad sex tria, ad 8. quatuor &c. Tunc enim rubeos numeros accipies pro motu lunæ æquādo, nigros autem pro coniunctionibus & oppositionibus uerifican dis. Proinde iussi te æquationes graduum accipere iuxta medium æquatoris circulum, quo & Iohannes de monte regio in suo uritur Calendario: uerum cū is solum in longitudine media eccentrici iustus sit, & in auge duobus fere gradibus maior, in opposito autem augis duobus minor, ne curioso lectori desimus, succurrendum putauimus & huic defectui, idque hac industria. In omni coniunctione & oppositione luna est in auge sui eccentrici: in duabus autē quadraturis, hoc est, cū distiterit à sole, per tria signa, est in opposito augis. Quādo uero à sole uel ab opposito loco solis seiungitur uno signo & dimidio, tūc tenet longitudinem eccentrici mediā. Vel ut apertius dicā, luna est in longitudine media, quando distat à sole uel per unū signū & dimidiū, uel per 4. signa et dimidiū. Id nos signauimus per scalam, quā index pro latere per æquatorē lunæ descripsā uides. Numeri inscripti, signa sunt distantiae solis à luna. Huius usum sic tene: Cū calculaueris mediū locū lunę, quere eū in zodiaco, & aduerte quot signis distet à gradu solis, siue ab illo die in quo locū lunæ quæris; & illum signorū numerum quære in memorata scala, & admove margaritam filo innexam, & erit tibi uice uerissimi æquatoris. Nam si filum illud extenderis ad finem argumenti, indicabit margarita æquationem addendam uel minuendā. Sed exempla nunc sunt subiungenda. Anno Christi 1531. in die annunciationis, hora duodecima inuenio medium motu lunæ in 10. gradu Cancri, & solem in 15. gradu Arietis; distantia igitur hæc duo luminaria per duo signa & 25. gradus, hoc est, fere per tria signa. Applico igitur simul scalæ æquatoris, & moveo margaritam fere ad 3. signa

gna. Quo facto, quæro argumentum lunæ, & inuenio radicem 5. signa & 22. gradus: & numerum diei, signū nullum, gradus 17. qui iunctus radici, constituit signa 6. gradus 9. ad quorum finem, cū in epicyclo lunæ extendero filum, ostenderet mihi margarita æquationem, uidelicet horas 2. siue gradum unum & octo aut decem minuta, & titulus ex illa parte epicycli, est, motus lunæ. Adde. Addam igitur gradum unum & 10. minuta medio lunæ motui, & inuenio uerum locum esse in undecimo gradu, aut in principio duodecimi gradus Cancri. Aliud exemplum: Eodē anno in die Georgij martyris hora 8. post meridiem inuenio medium motū lunæ in septimo grædu Leonis: nam radix habet signa 2. gradus 13. m. 14. & uicesimateria dies Aprilis, in quā cadit festum Georgij, in rota una cum radiis indicat tertium gradum Leonis, in quo scilicet inuenitur medius motus lunæ hora duodecima in meridie: cui propter octo horas adhuc addo quatuor gradus &c. Porro distantia lunæ a sole est 2. signa, 23. gradus. Moueo igitur margaritam fili in scala ferè ad tria signa. Consequenter si coniunxero radicem argumenti & numerū diei, inuenio signa 6. gradus 28. quibus propter 8. horas adhuc 4. gradus addo, & erit argumentū, signa 7. gradus 2. ad quorum finem si extendero filum in epicyclo, indicabit margarita tres gradus & 40. minuta cum titulo, Adde. Erit itaque uero locus lunæ in undecimo gradu Leonis.

Quomodo etas lunæ facile inueniatur.

**P**Er etatem lunæ intellige tempus illud, quod à proxima transiit coniunctione usque ad tuæ consideratio-  
nis horam, num sit luna prima, secunda, tertia aut quarta  
&c. Et nota, quod ab una media coniunctione ad aliam  
semp er & regulariter sunt 29. dies, 12. horæ, & 44. m.

Numerus me- Vide ut hunc numerum in perpetua habeas memoria,  
moria tenēdus. Nam in sequentibus fere semper est uel addendus uel de-  
mēdus à duorū numerorū aggregatione, ut mox videbis.  
Ea propter nos eū tibi ob oculos posuimus unā cum nu-  
meris oppositionis & quartarum in sphæra radicum luna-  
rium. Lunationem igitur seu ætatem lunæ secundū medi-  
um cursum sic inuenies.

*Canon.* Accipe ex sphæra radicum luna-  
rium, radicem lunationis in diebus, horis atq; minutis, &  
eidem adde dies, horas & minuta e regione dici tuae in Ca-  
lendario reperta, & habebis propositum. Quod si nume-  
rus ex illa additione collectus excederit unam lunatio-  
nē, hoc est, 29. dies, 12. horas, 44. m. aufer ab eo 29. 12.  
44. & residuum indicabit tibi quot dies, horæ & m. à pro-  
xima effluxerint media cōiunctione. Hoc residuū nume-  
ra in circulo lunarium figurarum, & videbis quam figura  
luna in cœlo habeat, num sit prope primam aut secundā  
quartam, aut sit uicina oppositioni uel cōiunctioni. Exem-  
plum: Anno Christi 1531. in die Philippi & Iacobi, inue-  
nio radicem lunationis dies 11. horas 19. mi. 55. nume-  
rus uero diei est, dies 2. horæ 21. m. 4. hi numeri simul  
iuncti constituant dies 14. horas 16. m. 59. cu quibus in-  
tro circulum figurarū lunariū, & inuenio lunā circa oppo-  
sitionem esse. Aliud exemplum: Eodem anno in die Ioan-  
nis bap. inuenio ex radice anni & numero diei hanc con-  
surgere summā, dies 39. horæ 4. m. 15. & quoniam lon-  
gē excedit unam lunationem, aufero ab ea 29. 12. 44. &  
residuum erit ætas lunæ, nempe dies 9. horæ 15. mi. 31.  
Quæro igitur hunc numerum in circulo lunarium figura-  
rum, primo dies 9. deinde 15. horas, minuta uero in tam  
angustis gradibus inueniri nequeunt: & mox apparebit  
lunam esse ultra primam quartam duobus diebus. Aliud  
exemplum: Anno Christi 1532. in die uisitationis Mariæ,  
inuenio

inuenio radicem lunationis, dies 22. horas 11. m. 6. numerū autē diei, dies 6. horas 19. m. 36. ergo etas lunę est, dies 29. horæ 6. m. 42. & distat solum 6. horis & 2. minuti à sequēti coniunctione. Hoc exemplum ideo hic posui, ut diligētius aduertas in anno bissexto semper crastinū diem pro hodierno accipiendum, idque à festo Mathiae usque ad finem anni.

*De prima anni media coniunctione inuenienda.*

**P**rimam anni mediā coniunctionem, quæ scilicet in Ianuarium cadit, sic inuenies. Subtrahe radicem lunationis à 29. 12. 44. & residuum indicabit tibi primam anni coniunctionem. Exemplum: Anno Christi 1531. subtraho radicem anni, quam inuenio habere dies 11. horas 19. m. 55. à 29. 12. 44. & relinquitur dies, hora & m. in qd' cadit media coniunctio Ianuarij, nempe dies 17. horę 16. m. 49. Hoc est, decima septima die Ianuarij, 16. horis, & 49. m. post meridiem, sit media luminarū coniunctio. Et nota, quod is calculus solum Rhenensibus, puta Moguntiniis, Nemetensibus, Argentiniis, Basiliensis, bus &c. iustus est. Pro cæteris autem regionibus & ciuitatibus, quæ non eundem meridiem habent cum Rhenensibus, oportet adhuc aliqua m. uel addere uel subtrahere, ut iam dicam.

*De diuersitate meridiei.*

**C**Vm cœlum & terra sphæricæ sint figuræ, nō potest accidere in diuersis locis unus & idem meridies, nisi illa situm habeant sub eodem circulo meridianō. Circulum meridianum uoco, ut etiam simplex quisq; me intelligat, lineam rectam in ipso meridie à te, seu habitatione tua ad solem usque ductam, & à sole usq; ad extremum terræ me

ridianæ. Imaginaberis etiā eam lineam a te uersus septen-  
trionem rectissime extendi, uidelicet ut a septentrione per  
tuam habitationē & solis locum usque ad extrema Austri  
unam intelligas rectam lineam, sub qua omnes ciuitates  
& loca eodem temporis momento unum habēt meridię,  
Loca uero quæ orientaliora sunt, iam ante suum habuere  
meridiem; & quæ occidentaliora, illis adhuc futurus est  
meridies. Vnde cum mane sol nobis orit, certe sunt in ori-  
ente homines & loca, quibus tunc est meridies: & rursum  
cum uespere sol nobis occidit, sunt insulæ in oceano, qui-  
bus tunc est meridies. Finge ergo, quando sol nobis ma-  
ne hora quinta oritur, simul ea hora lunam cōiungi soli, &  
certe tunc dicimus nos cōiunctionē fieri mane hora quin-  
ta: & illi quibus tunc sol est in meridie, dicunt sibi coniun-  
ctionem luminarium fieri hora duodecima. Idem iudicium  
est de eclipsibus. Nam esto quod sol mane hora quinta  
nobis eclipset, utique illi quibus tunc sol est in meridie, ui-  
dent deliquium solis hora duodecima, hoc est, in meridie.  
Idem sentias si sol nobis hora 10. eclipsetur, hoc est, dua-  
bus horis ante meridiem. Tunc enim in multis locis orien-  
talibus, puta in Græcia, illa eadem eclipsis contingit hora  
duodecima, siue in meridie. Vides ergo quod in diuersis  
terræ regionibus idem punctum temporis est simul hora  
quinta & hora sexta, septima &c. unde Hierosolymorum  
meridies distat à nostro meridie duabus horis & dimidia:  
ut cum illi meridiem habent, est nobis Rhenensibus inter  
nonam & decimam. Cum igitur omnes radices lunationū  
& eclipses in nostro instrumento sint ad meridiem Rheni  
calculatae, necesse est, si uelis eas iustas esse pro locis orien-  
talibus, ut illis horas aliquas & m̄, adiicias, & rursum pro  
locis occidentalibus horas & m̄. demas. Nam cum nobis  
coniunctio luminariū sit in meridie, illa Parisiensibus, qui  
occī

occidentaliores Rhenensibus sunt, accidit hora undecima, & m. 38. hoc est, 22. m. ante suum meridiem. Qui ergo Lutecie instrumentum hoc nostrum iustum esse cupit, auferat uel à radice, uel à calculata cōiunctione, oppositione aut quarta, 22. m. Idem faciendum in supputatis eclipsibus solaribus & lunaribus. Sed ut compendio habeas, quantū pro insignioribus locis Europæ radicibus nostris sit uel addendum uel minuendum, libuit huc ponere tabulam quarundam orientalium & multarū occidentalium ciuitatum, ex qua quisque pro sua habitatione & regione radices iustificare facile poterit. Elicuimus autem eam ex uulgaribus regionum descriptionibus. Gradus adscriptiū indicant quanta polaris eleuatio sit in unoquoq; loco.

*Tabula insigniorum Europæ locorum, ostendens quantum uel addendum uel minuui debeat à radicibus lunaribus, in locis quæ Rheno uel occidentaliora uel orientaliora sunt.*

	ho.	m.	grad.
Londra Angliae	mi.	0	38.
Sibilia Granatæ	mi.	1	18
Lysbona Portugal.	mi.	1	35
Compostella Gallitæ	mi.	1	32
Pampilona Nauarræ	mi.	0	56
Toletum Castilicæ	mi.	1	16
Salmanca	mi.	1	20
Barfalona Cataloniae	mi.	0	44
Tolosa	mi.	0	36
Mons Pessulanus	mi.	0	27
Arelatum	mi.	0	25
Marsilia	mi.	0	18
Auenio	mi.	0	16
Lugdunum	mi.	0	16
			Bisuntium

	hor.	m̄	grad.
Bisuntium	mi.	0	10 47
Digion	mi.	0	16 47
Aurelianis	mi.	0	22 47
Lutecia	mi.	0	22 48
Rotomagus	mi.	0	32 50
Louanium	mi.	0	14 51
Metis	mi.	0	12 48
Colonia Agrippina	mi.	0	6 51
Basilca	mi.	0	3 47
Constantia	ad.	0	8 47
Augusta Vindelicorum	ad.	0	12 48
Ratispona	ad.	0	16 49
Viena Austriae	ad.	0	35 48
Heribopolis	ad.	0	10 50
Nurnberga	ad.	0	12 49
Praga Bohemiæ	ad.	0	26 50
Erphordia	ad.	0	14 51
Lyptzia	ad.	0	16 51
Vuittenberga	ad.	0	16 51
Brunswigum	ad.	0	10 52
Buda Ungariæ	ad.	0	48 47
Cracouia Poloniæ	ad.	0	49 50
Rhomal Italiae	ad.	0	27 42
Venetiae	ad.	0	19 45

Quomodo inueniendæ sint coniunctiones mediae aliorū mensium à Lanua.

**A**ccipe radicem anni, & subscribe ei numerum dies=rum, horarū & m̄, quæ ponuntur in ulimo die, men=sem tuum (cuius coniunctionē queris) mox præcedente: & hi duo numeri simul iuncti si subtrahātur à 29.12.44: relinquetur media coniunctio mensis tui. Quod si illi duo numeri

numeri in unam summā redacti, excesserint 29.12.4.4.  
aufer ab eis 29.12.4.4. & residuum subtrahe ut prius à 29  
12.4.4. Exemplum: Anno Christi 1531. radix anni est, di-  
es 11. horæ 19. m. 55. & quæro coniunctionem Augusti.  
Accipiam igitur numerum ultimæ diei Iulij, undecim di-  
es 5. horas 6. m. 52. & addam radici, productūq[ue], dies 17.  
horas 2. m. 47. subtraho à 29.12.4.4. & relictum ostendit  
medium coniunctionem quæ in Augustū cadit, nem-  
pe dies 12. horæ 9. m. 57. Aliud exemplum: Anno Chris-  
ti 1532. quæram medium coniunctionem, quæ in Decem-  
brem cadit. Primo igitur accipio radicem anni, nempe di-  
es 22. horas 11. m. 6. & addo illi numerū ultimæ diei No-  
uembbris, qui est, dies 9. horæ 3. m. 55. Et quoniā isti duo  
numeri simul iuncti excedunt unā lunationem, subtraho  
ab eorum aggregato 29.12.4.4. & residuum scilicet dies  
2. horas 2. m. 17. subtraho à 29.12.4.4. & inuenio quod  
media coniunctio decembris cadit in 27. diem, 10. horam  
& 27. m. Et quoniā est annus bissexus, accipiendus est  
crastinus dies pro hodierna: & sic media coniunctio cadit  
in 26. diem &c. Et si eandem coniunctionem uolo uerifi-  
care ad meridiem Parisiensium, intro tabulam regionum, &  
22. m. cum titulo, minue, iuxta Luteciā inuenta, subtraho  
à 27. m. & habeo propositum, nempe quod media illa co-  
nunctio contingat Parisijs die 26. hora decima, & m. 5.

*De prima media oppositione in Ianuario inuenienda.*

**S**ubtrahe radicem anni à 14. diebus. 18. horis & 22.  
m. & residuum erit prima anni oppositio. Quod si ra-  
dix maior fuerit quam tempus oppositiois, hoc est, quam  
14. 18. 22. adde illis 14. 18. 22. unam lunationem, nem-  
pe 29.12.4.4. & tunc subtrahe radicem tuā, & relictum  
pander primam oppositionē medium. Exemplum: An-

no Christi 1531. subtraho hanc radicē, dies 11. horas 19. m.  
 55. à 14. 18. 22. & inuenio primam oppositionem contin-  
 gere 2. die, 22. horis, & 27. m. post meridiē. Aliud exem-  
 plum: Anno Christi 1532. radicē anni 22. 11. 6. non ualeo  
 subtrahere à 14. 18. 22. ideo addo tempori oppositionis  
 29. 12. 44. Quo facto, inuenio post subtractionem radi-  
 cis medium oppositionem habere dies 21. horas 20. m. o.

*Quomodo in alijs mensibus à primo, quærende  
 sint mediæ oppositiones.*

**A**dde simul radicem anni & numerum ultimæ diei  
 quæ immediate præcedit mensem, cuius oppositio-  
 nem quæris, & aggregatū subtrahē à tempore oppositio-  
 nis, scilicet à 14. 18. 22. & residuum erit mensis tui media  
 oppositionis. Quod si aggregatum illud maius fuerit quam  
 tempus oppositionis, adde tempori oppositionis unā luna-  
 tionem, uidelicet 29. 12. 44. Exemplum: Anno Christi  
 1531. quærā medium oppositionem in Augusto. Addam  
 ergo simul radicem anni & numerum ultimæ diei Iulij, &  
 inuenio 17. 2. 47. Cū autē is numerus maior sit quam  
 14. 18. 22. addam ipsi 14. 18. 22. unam lunationē: & tan-  
 dem post subtractionem inuenio medium Augusti oppo-  
 sitionem 27. 4. 19. Poteris etiam alia via supputare medi-  
 as oppositiones, uidelicet per coiunctiones. Nam si inuen-  
 tæ mediæ coniunctioni addideris 14. 18. 22. aut si hunc  
 numerum subtraxeris ab eadem, inuenies mēsis tui medi-  
 am oppositionem. Addes autem tunc quādo media con-  
 iunctio fuerit minor quam 14. 18. 22. subtrahes, si exces-  
 serit hunc numerum. Fit quoq̄ interdum, ut in uno men-  
 se duæ siant oppositiones, puta si prima habuerit 1. 6. 14.  
 secunda habebit 30. 18. 58. quanquā id in Februario nun-  
 quam fieri possit, & rarissime in illis mensibus, qui 30. dū-  
 taxat

taxat habent dies. Idem sentiendum de coniunctionibus.

*De medijs quadraturis inueniendis.*

**Q**UADRATURAS LUNÆ QUARERE POTERIS, UEL PER CONIUNCTIONES, UEL PER OPPPOSITIONES. NAM SI HABUERIS CONIUNCTIONEM ALIQUAM, & ADDIDERIS EI DIES 7. HORAS 9. m. 11. INUENIES PRIMAM MEDIAM QUARTAM. SI AUTEM EI ADIECERIS DIES 22. HORAS 3. m. 33. HABEBIS ALTERAM. QUOD SI PER OPPositionem quartas uolueris inuestigare, subtrahe ab oppositione 7. 9. 11. & inuenies primam: aut adiice eidem huc numerum, & offeretur tibi secunda. EXEMPLIS OPUS NŌ EST.

*Quomodo per ætatem lunæ coniunctiones, oppositiones  
& quadraturæ mediæ facile inueniantur*

**D**I XIMUS SUPRA, ÆTATEM LUNÆ QUOTIDIE HABERI, SI ANNI RADIX NUMERO DIEI ADIJCIAUR. HÆC ITAQ; ÆTAS IN CIRCOLO LUNARIÙ FIGURARÙ QUÆSITA, FACILE INDICABIT, NUM MOX PRÆCESSERIT AUT SEQUATUR CONIUNCTIONE, OPPOSITIO AUT UNA EX QUARTIS. SI UIDERIS SEQUI PRIMAM QUARTAM, SUBTRAHE ÆTATEM LUNÆ A 7. 9. 11. & RESIDUUM ADDE DICI MENSIS TUI & HABEBIS TEMPUS MEDIAE QUARTÆ. SIN PRÆCEDAT, HOC EST, SI ÆTAS LUNÆ FUERIT MAIOR QUARTA, SUBTRAHE 7. 9. 11. AB ÆTATE LUNÆ, & RESIDUUM MINUE A DIE MENSIS TUI, & UIDEbis QUANDO FUERIT MEDIA QUARTA. EXEMPLUM: ANNO CHRISTI 1531 IN DIE LUCIÆ, QUÆ EST 13. DIES DECEMBRIS, INUENIO ÆTATEM LUNÆ IN MERIDIIE HABERE DIES 4. HORAS 11. m. 6. HIC NUMERUS IN CIRCULO LUNARIUM FIGURARUM QUÆSITUS, OSTENDIT PRIMAM QUARTAM MOX FUTURAM. SUBTRAHAM ERGO IPSUM A 7. 9. 11. & RELICTU NEMPE DIES 2. HORAS 22. m. 5. ADDO DIEI LUCIÆ, QUÆ EST 13. ILLIUS MENSIS: & INUENIO QUARTAM ILLAM CADERE IN 15. DIEM, ATQ; 22. HORAM, & QUINTUM m. POST MERIDIEM. SIN EODEM ANNO IN DIE THOMÆ APOSTOLI, EX ÆTATE LUNÆ UOLUERO DISCE

re, quando fuerit prima quarta, colligo primo ætatem lunæ illa die esse 12.11.6. lunamq; ipsam constitutam inter primam quartam & oppositionē. Igitur si subtraxero 7. 9.11. ab ætate lunæ, & relictum 5.1.55. minuero à 21. die Decembris, quæ est diès diui Thomæ, inuenio iterum primam quartam fuisse 15. die, 22. hora, & 5. m. Quod si ex eadem ætate lunæ uoluero scrutari, quādo proxima oppositio sit futura, aufero ætatem lunæ, nempe 12.11.6. à tempore oppositionis, scilicet à 14.18.22. & residuum 2.7. 16. adiūcio diei Thomæ apostoli, hoc est, vigesimoprimo diei Decembris, & inuenio mediā oppositionem futuram 23. die, 7. hora, & 16. minuto post meridiē. Non secus operaberis cum altera quarta & coniunctione ipsa, modò idoneum tempus accipias, cum utraq; quarta suum propriū babeat tempus, sicut & coniunctio &c.

*Quomodo media coniunctio, oppositio & utraque quarta sit uerificanda.*

**H**actenus de medijs coniunctionibus, oppositionibus & quartis mentio facta est, quæ semper in suo calculo regulares sunt: nunc quoimodo sint æquandæ, docebo. Est autem opus dupliæ æquatione: una, ratione solis: altera, ratione epicycli lunaris. Aequatio solis prouenit ex eccentricitate orbis, quem deferentes augem includunt. Eam sic inuenies: Trahe filum ad diem Calendarij, in quē media coniunctio uel oppositio cadit, & ostenderet in æquatore solis, quot horæ & m. sint uel addenda uel minuenda à media coniunctione, quarta aut oppositione. Aduerteres autem hunc titulum, lunatio: quia aliis titulus deseruit motu lunæ. Hanc igitur æquationem, iuxta exigentiam tituli adde uel minue à media coiunctione, oppositione aut quarta, & habebis eam semel uerificatam. Proinde æquationem

tionem epicycli lunæ sic deprehendes. Aduerte in quem  
 diem cadat tua coniunctio, oppositio uel quatta, & quot  
 horas habeat ultra integros dies: & ad hoc temporis mo-  
 mentū suppata argumentū lunæ siue epicycli motū, acci-  
 piendo scilicet anni radicē & numerū ē regione tui diei re-  
 pertū: & si aliquot horas habes ultra integros dies, accipe  
 pro singulis diuabus horis unum gradū, & totum illud ag-  
 grega in unā summam, eamq; quærere in epicyclo lunæ cū  
 signis & gradibus: & filum ad eius terminum extensum  
 ostendet in æquatore lunæ, quot horæ sint uel addendæ  
 uel minuendæ à coniunctione, oppositione aut quarta pri-  
 us semel æquata. Accipies autē in coniunctione & oppo-  
 sitione æquationem, iuxta interiorē æquatoris circulum  
 ut figuræ lunares te docent: & in utraq; quarta, iuxta exte-  
 riorem circulum. Exemplum de cōiunctione: Anno Chri-  
 sti 1531. quāram coniunctionem Aprilis, inuenio autem  
 medium coniunctionem habere dies 16. horas 7. m. 1. Ad  
 hunc ergo diem in Calendario filum extensum, ostendet  
 in æquatore solis 3. horas & 45. m. cū titulo, lunatio ad-  
 de. Addam itaq; hoc tempus ad medium coniunctionem,  
 & habeo eam semel uerificatam in hunc modum, 16. 10.  
 46. deinde inuenio argumentū lunæ habere signa 4. gra-  
 dum unum, si addidero simul radicem anni & numerum  
 diei. Porro pro 7. horis accipio 4. gradus. Hoc argumen-  
 tum quāro in epicyclo lunæ, & filum ad eius finem exten-  
 sum ostendet in æquatore coniunctionis, horas 8. m. circi-  
 ter 6. cum titulo, lunatio adde. Addam igit 8. horas & 6.  
 m. coniunctioni prius semel æquatæ, & inuenio uerā con-  
 iunctionem & perfectam fieri 16. die Aprilis, 18. horis, &  
 52. m. post meridiem. Exemplum de oppositione: Anno  
 Christi 1531. in mense Iulio inuenio medium oppositionē  
 habere 28. dies, 15. horas, & 35. m. Porro æquationem so-  
 d 3

lis ē regione 28. diei Iulij deprehendo esse 2. horas, & cī-  
citer 42. m. cū titulo, lunatio minue. Subtracta ergo hac  
æquatione à media oppositione, habes oppositionem se-  
mel uerificatam, 28. dies, 12. horas, 53. m. Præterea argu-  
mentum lunæ hora 15. uigesimi octaui diei Iulij, est signū  
unum & gradus unus. Extendam ergo filum ad hunc gra-  
dum in epicyclo, & reperio in æquatore oppositionis, ho-  
ras 5. m. nullum, cum titulo, lunatio adde. Igitur additione  
quinquaginta horarum, oppositio prius scemel æquata, iam per-  
fecte æquabitur, contingetq; 28. die Iulij, 17. horis, & 53.  
m. post meridiem. Exemplum de prima quarta: Verifica-  
bo autem hic primam quartam quæ mox præcedit oppo-  
sitionem, quam modo tibi pro exemplo annotavi. Cedit  
igit media illa quarta in 21. dīē Iulij, 6. horis & 24. m. post  
meridiem. Aequatio solis est, 2. horæ & 20. m. cū titulo,  
minue. Argumentum lunæ ad horam mediæ quartæ est,  
signa 9. gradus. 24. ad quorum finem filum extensum, o-  
stendit in exteriori æquatore, qui scilicet mox epicyclo sub-  
iicitur, ut figura lunæ quoq; demonstrat, horas 13. & m. cir-  
citer 55. cū titulo, minue. Minuam igitur utramq; æqua-  
tionem à media quarta, & inuenio ueram quartam accide-  
re uigesima die Iulij, 14. horis & 9. m. post meridiem. Nō  
dissimiliter quæreris alteram quartam.

*Quid sit latitudo lunæ, qua opus est in eclipsium calculatione.*

**I**N oppositionibus & coniunctionibus solum longitu-  
dinem attendimus & non latitudinem. Attenditur au-  
tem longitudo cœli uel terræ ab occidente in orientem: &  
latitudo ab aquilone ad meridiem, uel contraria. Fit igitur ple-  
runque in coniunctionibus, ut sol & luna secundum lon-  
gum in eodem sint gradu & tamen latitudine aliquot gra-  
dibus a se invicem distent, idco nunq; sit eclipsis solis; nisi sol  
&

& luna perfectam habeant coniunctionem, hoc est secundum longum & latum in eodem sint gradu. Sic nec eclipses lunares coningunt, nisi duo luminaria sint præcise in oppositis gradibus secundum longum & latum. Notabis igit solem in celo motu suo describere circulum quemdam rectissimum ab occidente in orientem, quem singulis annis motu suo peragrat, nunquam ab eo uel ad latum unguem deflectens. Hunc eclipticam vocant. Alij uero sex planetæ, quāquā & ipsi hanc semitā incedat, tamē ab hoc solari circulo plerūq; deflectunt uel ad Austrum, uel ad Septentrionem, idq; uno, duobus, tribus aut quatuor gradibus: luna uero ad maximum quinq; gradibus deviat ab hac uia solis, nunc ad Austrum, & nūc ad Boreā. Et quando à meridie in Aquilonē per eclipticam mouetur, dicitur esse in capite draconis: & rursum quādo ab Aquilone sol uit, transitura in meridionalem umbilicum, dicitur esse in cauda draconis, cum sub ecliptica constituta fuerit. Nec potest fieri eclipsis solis aut lunæ, nisi luna fuerit uel in cauda uel in capite draconis, hoc est, sub ecliptica, tēpore oppositionis uel coniunctionis. Alioquin quamprimum ab istis duobus punctis soluerit, sensim deviat ab ecliptica, donec quinq; gradibus uel ad Austrum, uel ad Aquilonē ab ea distiterit, deinde rursus incipit appropinquare ad circulum solis. Et ut clarius id quod dico intelligas, notabis quod eccentricus lunæ eclipticam secat per mediū in duabus punctis oppositis, quæ caput & caudā uocat, distatq; isti duo circuli in umbilico Septentrionali & meridionali quinq; gradibus ab invicē: in intersectionibus uero sunt simul in eodem punto. Et cū circulus seu orbis lunæ (eclipticam intersecans) in perpetuo & uelocissimo sit motu, singulis mensibus semel corpus lunæ ad hæc duo puncta defert: & si tunc sol quoque in uno eorum fuerit, necesse est

Caput draco-  
nis.

fieri eclipsim solarem uel lunare: solarem, si in eadē inter-  
sectione conuenerint; lunarem, si in oppositis extiterint.  
Et nota, si caput in Arietis principio semper fixū maneret,  
& ex opposito cauda in principio Libræ, facile latitudines  
lunæ signari possent uel in Calendario, uel iuxta Zodiacū  
Nam in principio Arietis nulla esset latitudo, sed in princ-  
pio Cancri semper esset maxima lunæ latitudo. Ponamus  
eam septentrionalem, & ex opposito in principio Capri-  
corni luna haberet maximam latitudinem meridionalem:  
nec unquam fieri posset eclipsis uel solis uel lunæ, nisi cū  
sol esset circa initium Arietis in uere, aut circa uindemiam  
in principio Libræ. Nam luna in TAURO, GEMINIS, CAN-  
CRO, LEONE, & principio VIRGINIS semper haberet latitudi-  
nem aquilonarem, sicut & in SCORPIONE, SAGITTARIO, CAPRI-  
CORNIO, AQUARIO, & principio PISCUM, meridionalem: nūc  
autem caput draconis non habet fixum locum, sed conti-  
nuo mouetur contra ordinem signorū, singulis annis 19.  
gradus, & totidē fere m. ut cum hodie est in principio Arie  
us & cauda in principio Libræ, post unum annū & dimi-  
dium anni, caput est circa initium Piscum, & cauda tenet  
principium virginis. Et tūc maxima latitudo lunæ septen-  
trionalis est in principio Geminorum, & meridionalis in  
principio Sagittarij: atq; hoc ordine & motu caput & cau-  
da una cum latitudinibus iugiter uariant. Aduerte & hoc:  
si luna nullam haberet latitudinem, sed perpetuo per uitā  
solis incederet, continget singulis oppositionibus eclipsis  
lunæ, & singulis coiunctionibus eclipsis solis, hoc est  
per annū fieret 12. eclipses lunares, & totidē solares. Nūc  
autem ne terrānasētibus & terrigenis ipsis hinc iuge immi-  
neret uitę periculū, immō exitiū. Sapientia dei orbes illos cœ-  
lestes ita cōdidit & disposuit, ut luminaria illa nō nisi raro  
subjip̄s & mortalib⁹ usum uiuisci luminis intēciperet.

Quomodo

*Quomodo latitudo lunæ deprehendatur.*

**H**ic tibi duo sunt aduertenda: unum, ut scias in quo si gno & gradu sit luna iuxta uerū motum: didicisti autem supra quomodo is motus sit quærendus. Alterum, ut scias quoque quod signum & gradum occupet caput draconis. Quod quidem hoc modo inuestigabis. Accipe ex sphæra radicū capitū draconis, radicem anni, quæ scilicet ubi indicat locum capitū draconis à principio anni, & scribe eam ad tabulam aliquā. Deinde aduerte in quo mense & qua die uelis scire locum capitū draconis: hunc mensem & diē quare in iam memorata radicū sphæra. Et cum singuli menses tres duntaxat habeant diuisiones, nam de 10. diebus in decē sunt distincti, tu si aliquā dies ultra 10. aut 20. habueris, illos residuos dies paulisper sepone, & quæ re gradus atq[ue] m. quæ in mēse tuo respōdet 10. aut 20. (si tot habes) diebus, & quod in gradibus atq[ue] m. inuenieris, minue à radice anni: deinde pro residuis diebus quos habes, uel ultra integrū mēsem uel ultra 10. aut 20. dies, accipere pro singulis diebus 3. m. & id qd̄ collegaris in minutis, subtrahe etiā à radice capitū draconis, & habebis uerifica tū caput draconis addiē tuū. Quo inuenito, minue ipsum à uero motu lunę coassūptis 12. signis, si opus fuerit, quādo scilicet motus lunę motu capitū minor fuerit & residuum indicabit tibi argumentū latitudinis lunę, quot scilicet signis & gradibus luna à capite distet. Cū hoc arguento intra circulū, quem in uentre draconis huius instrumenti uides descriptum: & filum ad eius finem tractum, ostenderat gradum aut gradus latitudinis lunæ, una cū titulo partis septentrionalis aut meridionalis. Et si tempore oppositionis filum iuxta initiu primi aut sexti signi in umbellam ceciderit, secure prædicabis tunc possibilem eclipsim. Ex-

emplum: Anno Christi 1531. in die Iacobi apostoli inuenio medium lunæ motum, signa 8. gradus 27. m. 33. Argumentum uero, signa 11. gradus 13. Et cum medius locus lunæ distet à sole signis 4. & gradibus circiter 15. accipio æquationem epicycli iuxta medium æquatoris lunæ circulum; inuenio quod è regione finis argumenti ferè quatuor horas siue duos gradus cum titulo, addit. Igitur uerus lunæ motus est in fine seu ultimo gradu noni signi; deinde inuenio radicē capitī draconis habere signa 6. gradus 15. m. 34. Et cum dies diui Iacobi sit uigesima quinta dies Iulij, intro cum 20. diebus mensem Iulium in sphæra radicum capitī draconis, & oblatos 10. gradus atque 39. m. subtraho à capite draconis, & relinquuntur signa 6. gradus 4. m. 55. Porro propter quinque residuos dies, subtraho adhuc quinque tria m. à capite draconis, & habeo ipsum uerificatum ad meridiē diui Iacobi. Nam distat illo die ab Ariete 6. signis, & 4. gradibus, & 40. m. Subtraham pro inde caput draconis ultimo uerificatum à uero motu lunæ, & inuenio argumentum latitudinis lunæ habere signa 2. gradus 24. m. 53. Cum hoc numero intro circulum uenatri draconis inscriptum, & inuenio lunam ferè quinq[ue] habere gradus latitudinis, esse quod septentrionalē ascendētem.

*Quomodo & quando lunæ eclipsetur.*

**P**rimo notabis, lunæ nullum esse lumen cōcreatum, sed quicquid splendoris habet, à sole habet. **Secūdo**, luna nūquam deliquit patitur, nisi in oppositione, hoc est, cum præcise sex signis à sole distat. **Tertio**, luna nō attinet in omni oppositione, sed tunc solum quando tempore oppositionis est uel in capite, uel cauda draconis, aut quando ista puncta præcedit aut sequit ab uno usque ad 12. uel 13. gradus. **Quarto** notabis, terrā unā cū elemento aquæ magnam

magnam quidem in se constituere sphæram; sed soli colla-  
tam, paruam. Vnde cum nocturno tempore sol hemispæ-  
riū oppositum illustrat, consurgit in hæmispherio nostro  
umbra quædam, maxime quidem circumferentia in su-  
perficie terræ; sed quæ ascendendo semper arctior redditur  
atque contractior, donec tandem paulò supra sphærā lu-  
næ omnino evanescit. Hæc umbra pyramidalem habet si-  
guram, rotundaque ubique inuenitur, cum à sphærico cor-  
pore nō possit nisi circularis resultare umbra. Quod si cor-  
pus solis nō longe maius esset sphæra terræ, umbra ex op-  
posito solis resultans, ubique æqualis esset spissitudinis, pro-  
tendereturque in illa crassitudine usque ad cœlum stellatum:  
& sic fieret, ut perpetuò stellæ aliquæ eclipsim paterentur,  
quin & omnes planetæ, præter Venerē & Mercurium,  
suo destituerent lumine, quādo oppositi solis gradū tene-  
rent. Verū nos cōtrariū experimur, & aliud uidemus fieri.  
Huius rei duplīcē figurā tibi libuit hic ob oculos ponere  
Tu per umbram semper intellige columnarem figuram.




Sol & terra  
inequalis  
magnitudis.



Sol & terra  
equalis mag-  
nitudinis.




Hæc umbra terre usq; adeò ascendendo arctatur & tenuatur, ut luna in superiori epicycli parte constituta, longè breuiorem viā per umbram habeat quam in inferiori epicycli parte. Vnde duratio eclipsium, quæ in auge epicycli contingit, brevior est ea quam exigit transitus in opposito augis epicycli, nō obstante qd̄ medius motus lunæ in opposito augis epicycli iuuat motu epicycli. En tibi alia figurā.



Huc nunc pertinent duo illi umbrosi circuli, quos uides capi. & caudæ draconis inscripios, tametsi unus eorum instituto nostro satisfacere possit. Attende illum qui capi adhæret. Is duobus constat circulis, exteriori & interiori. Exterior indicat circumferentiam & crassitudinem umbrae in loco perigii epicycli lunaris. Minor uero proportionē habet circumferentiam umbrae, quando luna fastigio epicycli tenet.

Semic.


Semidiameter exterioris haber 47.m. interioris autē semidiameter habet im 37.m. quod diligenter aduertes. Ut igitur umbra in inferiori parte epicycli maior est circumferentia umbræ augis epicycli, ita quoq; corpus lunæ cum oppositâ augis epicycli partem tenet, occupat plura.m. q; cum fastigium epicycli possidet. Nam sed diameter eius tunc haber 18.m. cum in auge necdum 15. habeat m. Igis lunares figuræ a.b.d referuntur ad circulum umbræ maiore, & c. ad minorē. Adde nūc semidiametrū umbræ minoris ad semidiametrū lunæ huic umbræ proportionare, & colliges 52.m. extra quam latitudinem, impossibile est lunā posse eclipsari. Nā ponamus luna tempore oppositionis habere 54.m. latitudinis, hoc est centrum lunæ distet ab ecliptica iotm. & latitudo umbræ haber 37.m. & ad centrum lunæ à ci cūferentia umbræ adhuc sunt 17.m. semidiameter autem lunæ haber tantum 15 m. constat lunam per duo m. circūferentiam umbræ non posse cōtingere: idcō eclipsari nequit. Quod si latitudo lunæ fuerit 52. cōtinget extrema lunæ superficies exiremitate umbræ, sed nō eclipsabit, id quod in figura e. iuxta caudā draconis uidere potes. Que ut magis perspicua ubi siant, attende hanc quoq; figuram.



Vides quoque in figura c. iuxta caput draconis lunam ex aliqua parte lucidam, ubi tamē in opposito augis epicycli tota atra esset; & rursus in figura h. prope caudam lunam totā adhuc tenebris immersam, quæ in auge epicyclonam partē iam illuminatā haberet. Sic g. in periglio epicycli aliq̄ punctis atrescit, ubi in apogio nihil adhuc sentiret tenebrarum. Ex his figuris tu ipse iam reliquas, uidelicet a. b. facile expendere poteris. Hinc itaque liquet, s̄aepē in opposito augis epicycli eclipsim cōtingere, ubi in apogio epicycli nulla fieri potest: aut in periglio fiet eclipsis integræ, quæ in apogio solum particularis existet. Huius rei hæc una est ratio, quod in periglio epicycli & umbra & luna maiores sint quam in fastigio. Tota itaq̄ ars supputandi eclipses lunares in hoc fere consistit, ut præcise habeat lunæ latitudo. Hæc enim facile indicat, quot m. corpus lunæ tenebras intret. In opposito augis epicycli semidiamaeter umbræ, ut iam diximus, habet 47. m. semidiamaeter lunæ 18. m. Quando igitur latitudo lunæ fuerit 65. m. corpus lunæ umbram summis contingit labris, sed nihil contrahit nigredinis. Si latitudo fuerit 56. m. luna iam 9. m. ingreditur tenebras, quartaq̄ parte priuabitur lumine suo. Quod si latitudo fuerit 47. m. medium corpus lunæ ueniet in tenebras: tunc enim centrum corporis lunatis continget superficiem umbræ. Si uero latitudo fuerit 29. m. iam centrum corporis lunæ 18. m. intrabit umbrā, eclipsabiturq̄ ad momentū totum corpus lunæ. Tunc enim cum eclipsis maxima fuerit, duæ extremæ superficies lunæ & umbræ simul erunt. Porro quādo luna nullam habet latitudinem, centrum lunæ & centrum umbræ erunt idem punctus, eritq̄ eclipsis illa maxima, & quammaxime dubilis. Notabis præterea corpus lunæ eclipsari per puncta elliptica.

**Quid puncta** rabilis. Notabis præterea corpus lunæ eclipsari per puncta elliptica. **Ea.** Est autem punctum duodecima pars corporis lunæ

ris. Vnde quando luna intrat umbrā usq; ad centrum suum, dicitur sex punctis eclipsari. Si autem tota in tenebras la- pſa fuerit, & superficies eius tetigerit superficiem umbræ, habebit præcise 12. puncta ecliptica. Quod si adhuc duo- bus punctis aut tribus profundius umbrā ingressa fuerit, habebit eclipsis illa 14. aut 15. puncta: & sic deinceps do- nec ad 22. puncta uenerit. Id autem oculotenus ex hac si- gura aduertere poteris.




Hic iuxta literam a. luna eclipsatur tribus punctis: nam tri- bus duodenis partibus obscurat à tenebris: in c. uero, ubi tota tenebris inuoluitur, duodecim habet puncta eclipti- ca, nec plura, cum eius circumferentia ab umbræ circumfe- rentia non distet. At in b, dicitur obtenebrari 21. punctis. Nam corpus lunæ occupat 12. puncta, & præterea à cir- cuferentia eius usq; ad circumferentiam umbræ sunt 9. pun- ta, quæ 12. addita faciunt 21. Quandiu enim splendens luna illabitur umbræ, numeratur puncta eclipticaiuxta

diametrum eius; sed cum tota obtenebrata fuerit, numerantur puncta à centro eius ad centrum umbræ. Ceterum quod attinet ad tempus, notabis lunam tandem priuari lumine, donec motu sui coeli per umbrā delata fuerit. Didicisti autem supra, lunam iuxta medium cursum in duabus horis unum perficere gradū. Didicisti etiam diametrum umbræ in auge epicycli continere bis 37. m. hoc est unum gradum & 14. m. Hinc sequitur, corpus lunare a circumferentia umbræ a. ad circumferentiam oppositam b. non posse moueri nisi in duabus horis & dimidia, idque iuxta centrum epicycli. Sed ponamus hic exempla de media longitudine epicycli: ibi autem diameter umbræ habet bis 42. m. hoc est 84. m. quæ faciunt unum gradum & 24. m. Et cum diameter lunæ in eadem media longitudine contingat 32. m. auferam illa 32. m. ab 84. & residuum, uide. licet 52. m. indicabit luna in 100. m. temporis, hoc est una hora & 40. m. moueri ab a. ad b. Nam in duabus m. temporis luna conficit ferè unum m. cœlestē. Præterea cum lunæ diameter contineat 32. m. cœlestia, facile aduertere licet eam non nisi in 64. m. temporis illabi in tenebras, ut semper usq; ad ultimum m. aliquid splendoris retineat. Tot etiam m. temporis opus habet, donec rursus ex tenebris se se excutiat. Adde nunc duplicita puncta casus, id est bis 64. cum m. moræ, quæ hic sunt 100. & habebis totius eclipsis durationem. Tempus illud quo luna a principio eclipsis tenebras ingreditur, & paulatim aliquid de lumine perdit, uocatur m. casus: sic cum rursus e tenebris exit, & perditum lumen recuperat, uocat etiā tempus illud quo usque tota illuminetur, m. casus. Quandiu autem in medijs tenebris uersatur, uocatur tempus illud, tempus moræ. Quod si luna tempore oppositionis latitudine habuerit 19. m. habebit illa eclipsis 92. m. moræ, & 66. m. casus. Sin

Mimula casus.

Tempus more

Sin latitudo eius fuerit 20. m. erit tempus more 54. m. & tempus casus 77. m. & sic deinceps, ut ex sequentia figura aduertere poteris.



Nunc tu ipse facile cogitare poteris, quando luna est in periglio epicycli tempus more & casus augeri supra m. prece dēris figure: in apoglio uero non nihil decrescere, id qd' ex longitudine diametri umbre & diametri lunæ accipe potes.

*Quomodo eclipsis lunæ futura sit calculanda.*

**D**Idicisti haec tenus nullam eclipsim lunarem possibilēm, nisi luna sit in capite draconis, & sol in cauda: aut ecōtra sol in capite, & luna in cauda. Ut igit sine magno labore negotiū inueniēdæ eclipsis absoluas, vide primum in quo signo & gradu sit caput draconis in principio anni, & ibi fac nota aliquā. Idem facias in signo opposito, qd' cauda tenet. Vide cuī in Calēdario qd' dies aut mēsis respōdeat illi signo, in qd' est caput: & similiter obserua mēsem, qui ē regione caudæ signat. Nā si illo anno futura est

eclipsis lunæ, necesse est ut in uno illorū duorū mensis  
fiat. Cæteros menses & eorū oppositiones penitus nō cu-  
rabis, cum luna in illis semper habeat latitudinem maio-  
rem, quām quæ eclipsim admittat. Hos uero duos men-  
ses, iuxta quos caput & cauda in anno tuo inueniuntur, di-  
ligenter obseruabis: ut si sit caput in Capricorno, & cauda  
in Cancro, obseruabis Decembrem & Iunium: quæresq;  
duas oppositiones quæ viciniores sunt capiti & caudæ, &  
id in hunc modū. Sit caput in 10. aut 11. gradu Capricorni:  
& cum huic gradui respondeat 21. dies Decembris, quæ-  
ro ad meridiem illius diei ætatem lunæ: & ex illa facile ad-  
uerto nū præcedens aut subsequens oppositio vicinior sit  
diei uigesimalioprimo. Nam quæ vicinior fuerit, illa uix euadet  
eclipsim. Idem agendum cum illo gradu, in quo cau-  
da draconis inuenitur, quærendo scilicet per iam dictum  
modum, quæ oppositio illi diei vicinior sit, qui gradus  
caudæ in Calendario responderet. Postquæ igitur didicisti  
quæ oppositio sit eclipsim passura, inuestigabis eclipsim  
ipsam hac industria. Primo quære uera oppositionem in  
diebus, hortis & m. quæ si interdiu contingat quando lu-  
na non est in hemisphério nostro, dimittes eam, cu non sit  
nobis uisibilis. Notabis autem hic punctum ueræ oppo-  
sitionis semper tenere medium eclipsis lunaris. Unde fieri  
potest, ut initium & medium eclipsis lunaris à nobis uide-  
ri nequeant, finis uero appareat puta si contingat in orien-  
te. Et rursus si contingat in occidente, initium apparere pos-  
sit, non autem finis. Quod si uera oppositio noctu contingat  
quando luna à nobis uideri potest, pcedes ad eius inqui-  
sitionē hoc pacto. Quære primo locū solis ad hora ueræ op-  
positionis: & similiter caput draconis. Caudā semper ha-  
bes, si 6. signa addideris uel subtraxeris à capite. Deinde  
uide q̄ gradibus locus solis distet à capite draconis, si illud

vicinus est, aut à cauda: si iuxta eā sol fuerit. Hi em̄ distan-  
cie gradus, sunt argumentū latitudinis. Quātā autē distātia  
inter solem & caput (si sol fuerit iuxta caput) extiterit, tan-  
ta erit inter caudā & lunā. Inuenīo igit̄ hoc modo argumen-  
to latitudinis, quāre ipsum in circulo, quē draconis uel  
uides inscriptū, & filū ad eius terminū educū, ostendet in  
semicirculo umbræ minori, nū possibilis sit eclipsis aut im-  
possibilis. Nā si filū extra hūc semicirculum ceciderit, hoc  
eit, si argumentū latitudinis, siue distātia solis à capite uel  
cauda, quodcuumq; vicinus fuerit, maior fuerit 13. gradi-  
bus impossibilis est eclipsis. Sol uero eclipsari potest, euā si  
18. gradibus distiterit a capite uel cauda draconis, id quod  
per maiorem umbræ semicirculum expressimus, quē ui-  
des in uentre draconis utrīq; descriptū. Itaq; si argumen-  
tum latitudinis lunę minus fuerit 13. gradibus, quāre illud  
in tabella capiti draconis superposita, & sub eo inuenies  
m̄. latitudinis. Hæc m̄. numerabis à centro umbræ, quā te-  
net draconis cauda, aut in umbra capiti adscripta (non re-  
fert) & ubi finientur, illuc erit centrū corporis lunaris tem-  
pore ueræ oppositionis: & tum facile uidebis an corpus lu-  
næ totum tenebris sit operiēdum aut in parte. Quod si ex-  
acte scire uelis, aduerte utrum luna tempore oppositionis  
seu eclipsis sit in superiori aut inferiori parte epicycli. Si in  
superiori, accipies cum circino quantitatē corporis lunar-  
is iuxta magnitudinem figuræ lunaris e. & pones unum  
circini pedem in locum umbræ ubi m̄. latitudinis ex cen-  
tro umbræ numerata desinunt: alius uero pes circūductus  
ostendet utrum eclipsis illa sit uniuersalis uel particularis.  
Si luna fuerit in superiori epicycli parte, accipies quanti-  
tatem lunæ iuxta figuram a. & ages ut prius. Porro pun-  
cta ecliptica & moram eclipsis, sic inuenies. Intra cum m̄.  
latitudinis tabellam caudæ draconis appositam, & mox in

venies propositum. H abes tamen in ea tabella dupl icem numerorum ordinem. Primus deseruit eclipsi quando luna est in parte superiori epicycli, ut titulus indicat, alius autem oppositam tenuerit partem. Quod si longitudinem epicycli medianam possederit, proportio facienda est inter numeros augis & perigij. Nota etiam quod tempus per horas & minuta adscriptum, solum medianam eclipsis moram ostendit: duplicatum uero, totam eclipsis moram. Preterea tempus illud medianam moram subtractum a uera oppositione, relinquit intervallum eclipsis: additum, finem ostendit. Exemplum: Anno Christi 1533. a principio anni est caput draconis in septimo gradu Virginis, & cauda in septimo gradu Piscium; ubi mox video in Augusto duntaxat & Februario, illo anno posse contingere eclipses. Inuestigabo itaque eam quae in Augusto eueniet. Et quidem a principio Augusti caput draconis est in 26. gradu Leonis. Aetas autem lunae prima die Augusti, est dies 10. horae 20. m. 26. Vnde colligo mox sequitur oppositionem, uiciniorem esse capiti aut caudae, quam praecedentem: cum uix quatuor adhuc diebus distet a principio Augusti, saltem secundum medios motus. Quae ram igitur primo media, & deinde ueram oppositionem: & inuenio dies 4. horas 11. m. 45. Ultra queram ad idem oppositionis tempus, locum solis: & hunc filum ostenderet esse in 21. gradu & 20. m. Leonis. Tertio supputandum quoque est caput draconis ad eandem oppositionem. Illud autem ea hora est in 25. gradu & 26. m. Leonis. Subtracto igitur motu solis (qui minor est) a capite draconis, inuenio solem distare a capite draconis 4. gradibus, sicut & in opposita parte Zodiaci, luna a cauda remouetur quatuor gradibus. Igitur hos quatuor gradus, qui argumentum sunt latitudinis, querem in tabella iuxta caput draconis, & sub eius inuenio 21. m. latitudinis. Inuenio euia illo reporte lunam ferre

ferē superiorē tenere partē epicycli. Proinde accipio cum circino magnitudinem corporis lunaris e, & pono immobilem eius pedem in uigesimum primum m. latitudinis, & indicabit pes vagus per gyrum circumductus eclipsim illam integrum futuram, quāquā lunæ corpus non admodum profunde lapsurum sit intra circumferētiā umbræ. Quæro præterea eandem latitudinem in tabella caudæ, & sub titulo aux epicycli, ē regione 20. m. inuenio puncta ecliptica 13. m. 9. At cum habeam 21. m. latitudinis, habebit presens eclipsis uix 12. puncta cum dimidio. Media uero eius duratio erit hora una, m. circiter 40. Ablata igitur una hora & 40. m. à uera oppositione, habeo initium eclipsis. Nam quarta die Augusti, hora 10. m. circiter quinto post meridiū incipiet illa eclipsis. Desinet uero hora prima post medium noctis, m. circiter 25.

*Quomodo calculare eclipses, quas tabula continet,  
sunt intelligendæ.*

**H**oc solum hic monēdum duximus, in calculatis eclipsibus lunaribus, tempus iuxta horas & m. semper indicare medium eclipsis, seu pūctum ueræ oppositionis: à quo si tempus dimidiae moræ subtrahatur, relinquunt initium eclipsis: si uero addatur, habes finem. Idem intelligendum de eclipsibus solaribus, nisi quod in illis nō uera, sed uisibilis coniunctio queritur. Hæc enim semper aut præcedit aut sequitur ueram coniunctionem, nisi uera coiunctio fiat in nonagesimo gradu ab ascendentे: tūc enim uera & uisibilis coniunctio non differunt inter se, sed simul fiunt. Figure eclipsium lunariū debent esse nigræ quātum intrat umbrā. Similiter lunæ facies in eclipsibus solaribus denigranda est, id quod sculptoris ignorātia commissum scias; cui desuimus cum tabulam cælaret.

Quomodo hora nocturna per radium lunare inuestigetur.

**V**anquā lunæ officiū sit, illustrare noctē, & ut scri-  
pturę utar uerbo, dominari in eā, nō tamē distinguit  
noctē in horas, cū id solis sit officium, qui ut præsentia sua  
diē, ita absentia noctē diuidit in horas. Omnes igitur stel-  
larū & planetarum motus, si nobis noctis horā indicare  
debent, referant necesse est ad solem, ut scilicet sciamus  
quantū à sole secundū longum absint, hoc est, sequant̄ aut  
præcedant. Nā si sydus aliquod sequat̄ solem per 1. signū  
sive 30. grad⁹, radius eius differt à radio solis duabus horis  
hoc est, 2. horis minor erit radio solis; ut si sol hora nona  
indicit, syderis illius radius demonstrabit hora 7. Quod  
si longitudo huius ab illo fuerit 1. signi & dimidiij, erit diffe-  
rentia 3. horarū, & sic deinceps. Nā 15. gradus secundū lon-  
gū faciunt 1. horam. Cū igit̄ per umbrā lunæ cupis inue-  
stigare horā noctis, necesse est ut scias quot signis & gra-  
dib⁹ luna distet à sole; id qđ duplicit uia indagare poteris,  
nēpe uel per cursū lunæ, uel per eius etatē. Sed priusqđ id te-  
doceā, præmittā alias cautelas. Prima: nos hoc instru-  
mētū parauimus ad eas regiones, ubi in meridie & etiā in  
media nocte cāpanæ sonant 12. Secunda: Quādo luna nu-  
bibus impedita, aut in cornua exacuta, minus lumē præbu-  
erit, quam qđ sufficere possit umbræ causandæ, accipies  
lumen & pones diametaliter inter horologū tuū & lunā  
ipsam, & tum perfectā uidebis umbram, perinde ac si à cor-  
pore lunę plenę diffunderetur. Tertia: si per etatē lunæ o-  
perare uolueris, poteris à transacta oppositione agere per-  
inde atqđ à coiunctione. Quarta: Non quærimus exactissi-  
me per umbrā lunæ horam nocturnā, cum id magni labo-  
ris negotiū esset, sed ppe uerū, paruipēdentes etiā si per  
quartam horæ à uero aberrauerimus. Nā cursum lunæ  
cōputamus ad media noctē, idēpsecundū mediū motum,

quo fieri potest ut aliquādō erremus in sex uel septem gradibus: tametsi neminem prohibeamus operari iuxta uerū cursum. Quinta: Quādō luna ante uel post bidū aut triduum coniuncta fuerit soli, non poterit tibi in illis diebus subsidio esse, cum post solis occasum & ipsa mox sese tuis oculis subtractura sit, aut mane paululū solem præcessura, & ita ferè tota nocte eius presentia cariturus sis. Nō igitur ppetuus horarū esse index poterit, ut est utraq; ursa. Sexta: Vna dūtaxat nocte, nēpe quādō est luminariū oppositio, luna sine aliq; addidamēto iustas in horologij indicat horas. Canon: Cū pætatē lunę noctis horas inuestigare uolu<sup>canon.</sup>  
eris, age hoc modo. Numera primo pætatē lunæ ad horā medie noctis; addendo scilicet radici lunationis numerum dīci propositi unā cū 12. horis, quæ sunt à meridie usq; ad mediū noctis. Quo facto, quare hāc lunæ pætatē in sphæra duplicitis horologij, & filum ad eius terminū extēsum, indicabit in circulo literaliū numerorū, q̄t horas tota illa nocte adiūcere debeas horæ quā umbra lunæ in eadē nocte indicauerit: Vt si ætas lunæ fuerit 12. dierū, inuenies 9. horas & 3. quartas adiūciendas horæ horologij. Et nota, si ex illa additione numerus horarū creuerit ultra 12. abiūcies 12. & residuū indicabit tibi horā. Et hic modus facilimus est: ut scilicet interdiu quāras quot horæ sequēti nocte adiūciendæ sint singulis nocturnis horis. Quod si ætas lunæ æquare uolueris, certior erit operatio tua. Proinde si libuerit poteris etiā horas illas addendas sine instrumēto hoc modo indagare. Aduerte quātum temporis effluxerit uel à coniunctione, si illa uicinior sit diei tuæ, uel ab oppositione, si hāc uicinior fuerit, usq; ad mediū noctis tuæ, & totū illud tempus redige in horas. Quo facto diuide horas illas per 30. & inuenies in quotiēte quātū addere debeas horis nocturnis. Vt si ætas lunæ fuerit 10. dies & nulla hora, redi-

ḡ 10. dies in 240. horas, & ex hac summa elicio quotien  
tē, 8. horas. Si uerò per motū lunę additamentū illud hora  
rū quærere uolueris, operaberis hoc pacto. Quare primo  
locū solis ad mediā noctē, in q̄ scilicet sit signo & gradu: de  
inde quere ad eandē horā locū lunę mediū, aut si malueris  
uerū, id qd sine labore poteris ex phlebotomicis illis sche  
dis quas vulgo Almanach uocam⁹. Nā in illis per singulos  
totius anni dies inuenio uerū lunæ locū iā calculatū, quan  
q̄ & hūc ex hoc nostro instrumēto inuenire possis, iuxta  
normā supra notatā. Inuenīto igit̄ motu lunæ, subtrahe illū  
à motu solis si minor fuerit, aut subtrahe motū solis (si is mi  
nor fuerit) à motu lunæ, & residuū si minus quam 6. signa  
fuerit, redige in gradus. Quo facto, diuide gradus illos per  
15. & in quiete inuenies horas addēdas uel minuēdas à no  
cturnis horis p̄ umbrā lunę inuētis: addēdas si luna adhuc  
incremēta accipiat, minuendas si post oppositionē decre  
scat. Quod si relictū illud post solaris aut lunaris loci sub  
tractionē plus quam 6. signa fuerit, subtrahe illud relictū  
à 12. signis, & tunc cū residuo operaberis, ut iam dictū est.

*Quomodo hora nocturna ex motu ursae minoris dignoscenda sit.*

**H**IC in primis tibi necessaria est cognitio ursę minoris,  
cōstellatio scilicet qdā, proxime circa polum arcticū  
cōstituta. Habet aut̄ hæc ursa 7. stellas, at 2. duntaxat no  
bis in isto deseruit negotio, nempe ea quā in fœmore seu  
crure ursę depictā cōspicis, quamq̄ discretionis gratia Co  
chab deinceps appellabo: & ea quæ naribus ursæ insider,  
stella polaris ab omnibus appellata, non quod ipsa cardo  
seu polus sit cœli, sed quod nulla tam lucida stella uicini  
or sit polo. Imaginaberis autem polum in cœlo, punctum  
illud, quod intra ursam unā cū polari stella & alia quadā  
stella iuxta ursę oculum posita, triangulum constituit.

Tu

Tu cura ut aliquem mathematicē doctum conuentas, qui  
hanc tibi in cœlo constellationē ostendar; ego absens bre-  
vibus tibi id indicare nequeo. Cognita itaque in cœlo  
stella Cochab, facile uidebis per eā quēdā circulum descri-  
bi circa polum, in quo stella illa aliquando sursum, quan-  
doque deorsum, aliquando dextrorsum aut sinistrorsum  
constituitur, & non secus quām index in horologio, hunc  
perambulat circulum. In hoc circulo imagineris oportet  
l.oram duodecimam meridiei, summā tenere arcem, quā  
& angulum meridiei appellabimus, duodecimam uero  
medię noctis insimā, quę & medię noctis appellabitur an-  
gulus. Cæterū inter hos oppositos angulos, imaginaberis  
utrinq; & per transuersum alios duos angulos, occidētis ut  
delicet & orientis, in quibus ambæ horæ sextæ locū ha-  
bēt. Et ut aperiūs qđ uolo dicā, facile explorabis quos ue-  
lim intelligi angulos meridiei & medię noctis, si sumptū  
perpendiculū manu tua inter polum & oculos tuos suspen-  
das; tūc em Cochab, si in angulo meridiei fuerit, directe su-  
pra polū stabit; sin in angulo medię noctis tunc fuerit, col-  
locabit perpendiculariter infra posum. Sin ad dextram nō  
superior aut inferior polo posita fuerit, obtinebit angulum  
orientalem. Si uero similem sicutum ad sinistrum habuerit,  
tenebit angulum occidentalem. Hos quatuor angulos  
necessè est ut diligentissime obserues, si nō uis errare in ho-  
rariū nocturnarum explorationē. Poteris autem eos cer-  
tius inuestigare, si cruce aliqua parua recte utaris; Aut si  
mauis, tabellam paruam facias, & ad circuli figuram præ-  
scindas, ac deinde in 24. denticulos circumferentia eius  
distinguas; hac tamen lege, ut quatuor angulares dentes  
cæteris eminentiores facias. Hi denticuli facile tibi indica-  
bunt, nōm Cochab sit in uno angulorum, aut quot horis  
ab uno angulo uersus alium migrarit. Sunt autem sex ho-

re ab uno angulo ad alium, cum totus circulus 24. habeat  
athoras. Tota igitur uis cognoscendi horas nocturnas per  
motum ursae minoris, in hoc sita est, ut diligenter uisu tuo  
inquiras quem angulum teneat, aut quot horis a certo an-  
gulo Cochab receperit. Huic rei nunc deseruiet sphæra il-  
la, cuius titulus est, duplex horologiu. Hora duodecima  
quæ sursum iuxta plenam lunam scribitur, est angulus  
meridiei: quæ uero infra iuxta lunam obscuram notatur,  
est angulus mediae noctis. Hora sexta ad sinistram, est an-  
gulus occidentis. Sexta uero opposita, angulus orientis.

*Canon.* Cum nocturno tempore certam uolueris scire ho-  
ram, animaduerte in cœlo, quem angulum aut quam ho-  
ram occupet Cochab in circulo suo, & ad illam horam  
applica in instrumento denticulum rotulae mobilis (qui in-  
dex est Cochab) & tunc filum ad diem tuum tractum, os-  
tenderet noctis horam. Et ne semper ad instrumentum co-  
garis recurrere, docebo te adhuc faciliorem modum, sed no-  
sine instrumento. Pone denticulum uolubilis rotulae ad  
horam 12. quam uolueris, non refert: & extenso filo super  
diem tuum, uide quot horas intercipiant denticulus & fi-  
lum minori arcu: tot enim illo tempore addes uel minues  
ab hora quam Cochab in cœlo ostenderit. Addes a 26.  
die Octobris usque ad 24. diem Aprilis: minues a 24. die  
Aprilis usque ad 26. die Octobris, id quod te monebunt  
literæ a, & m. mensibus adscriptæ. Dixi minori arcu,  
quia si circa initium Iulij distantiam horarum querere uo-  
lueris, non numerabis eas iuxta successionem sed contra  
ordinem earum, a 12. scilicet uersus undecim proceden-  
do, & inuenies septem horas & fere dimidiam, cum titulo  
minue. Nam tot horas circa illud tempus auferes ab ho-  
ris, quas Cochab indicauerit. Poteris quoque sine instru-  
mento investigare noctis horam prope ueram, si in initio


noctis, locum Cochab in suo circulo certa hora diligenter aduerteris. Ut si nocte hora nona dormitum ieris, & uides Cochab stare in angulo mediæ noctis, & rursum post somnum excitatus repereris eū spacio duarum horarum ultra angulum orientalem promotum, facile iam coniœces hanc stellam à priori situ distare octo horis. Has octo horas adiœcio horæ nonæ, & inuenio iam esse circa horam quintam. Reliqua tu ipse modo facile intelliges, si quæ per me omissa sunt: quanquam ex industria nihil eorum omiserim, quæ ad huius instrumenti usum & claram cognitionem scitu necessaria iudicau. Tu igitur pie lector laborem nostrum boni consule.

Quod si feceris, prope diem & alia in lucem dabimus, quæ nō minus grata tibi erunt.

CANONVM SVPER INSTRUMENTVM  
LVMINARIVN FINIS.

BASILEAE, APVD AND. CRATAN  
DRVM, MENSE MARTIO. ANNO  
M. D. XXXIIII.







Z

K.B.

